**Philippi Trochiseus**, adversus Dysenteriam. vid. *Ægin.* lib. 7. cap. 12.

**Philiran**, vocatur Flos vel Cortex Mali Granati. *Matth. Sylvat.*

**Philistea**, Terminus Spagyricus obscurus, qui legitur apud *Basil. Valent.* in Re- petit. de Lapid. Philosophico, cap. de Antimonio, ubi dicit: Quod si ḥ transiverit in Philistæam, tunc per se fieri Vitrum. *Lexic. Brun.*

**Philocymicus**, dicitus is, qui Chymiam amat, & in ea laborat. Germ. *Ein Liebhaber der Chymie.* *Lex. Blanc.*

**Philocotyle**, est nomen Emplastrī. vid. *Ægineta & Gorreus.*

**Philocratis Emplastrum**, describitur à *Celso*, lib. 5. c. 19. alleg. *Gorr.*

**Philolagnos**, vocatur Amans Veneris, Salax, apud *Hippocr.* lib. 2. de Morb. XLIX. 3. Latine etiam exprimitur Venéri deditus.

**Philonion**, & **Philonium**, nomen est Medicamenti Electuarii Anodynī Opiati, & quia Opium recipit, Opiatis annumeratur. Ità ab Inventore Medico *Philone* vocatur: Sed hujus Medicaminis variæ occurunt Descriptiones, vid. Dispensator. Augustan. Cordi, Londinens. & Norimbergens.

**Philonis Collyrium**, describitur à *Celso* lib. 6. cap. 6. citante *Gorreō*.

**Philosophica Calcinatio**, vid. *Calcinatio Philosophica.*

**Philosophorum Clavis**, est Spiritus alcoholisatus. Germ. *Alcoholisirter Brandt- wein/ so Pulver ansteckt.*

**Philosophorum Luna**, dicitur Mercurius, vel Liquor Lunariæ. vid. *Luna.*

**Philtrum**, & **Filtrum**, præter alias significationes, Labor est Chymicis familiaris, & est Colatio per Chartam emporeticam, hoc est, Chartâ emporeticâ quadruplicatâ, in forma Infundibuli, & infundibulo vitreato, sive laminatione, impositâ, Liquor clarificandus infunditur, & clarus guttatum

Nn decidit,

decidit, relictis in Philtro fœcibus, unde hæc Operatio, Philtratio per Philtum dicitur. vid. Filtratio per Filtrum.

*Philyra, Tilia*, Germ. Eine Linden. Crescit in Montibus, Cœmiteriis, Locis aquosis.

*Phiola, & Fiala*, dicitur Chymicis Vas vitreum, ex ventre in modum Sphæræ rotundæ, gracilem Canalem in proceritatem emittens, cuius Uſus frequens in Coagulationibus & Solutionibus. *Mart. Rul. & Johns. Sipn.* §.

*Phlegma*, in Arte destillatrice & Chymia, est destillatus Liquor aquosus, spirituoso Liquori contra distinctus. Liquor, item Nubeculae illæ, quæ in aquis destillatis aliquando apparent, Phlegma vocantur. *Schræd.* lib. 1. cap. 3. Specialissimè vero in opere Lapidis Philosophici Phlegma vocatur Aqua Mercurii prima, Substantia media, in qua principium Lapidis est, scil. ejus dissolutio, nec intrat cum ea, quamvis se invicem complectantur Naturæ nexus, de quo plura vid. in *Theatro Chymico* Vol. III. pag. 730. seq.

Sign. €, ♂, ♀, △, ⊕.

*Phlegmagoga*, sunt Medicamenta Purgantia. *Lex. Brun.*

*Phloginon*, Latinè Flammeum, epitheton Collyrii liquidi, vel Illitionis. *Gall.* 1. 4. de C. M. S. L. Cap. 7.

*Phlogistos*, dicitur de omni eo, quod Flammam concipere potest, in specie de *Hippocr.* dixisse, statuit *Helmont.* Tum. Pest. §. *Hippocr.* rediv.

*Phlomus & Phlonus, Candelaria*, est Verbascum. Germ. Wüllkraut. vid. Herb.

*Phoca*, nomen Piscis Cetacei, vulgo Vitulus Marinus dicti, vid. *Aldr.* lib. 1. de Cetis cap. 10. &c.

*Phocena*, est etiam nomen Piscis Cetacei, qui alias Tursio, item Porcus Marinus dicitur, ad Delphinos pertinens, vid. *Aldr.* Clasf. I. cap. 8.

*Phœnicinos*, præter alias significaciones est & nomen Emplastri Phœnicison, quod alias Diachalcitis, aut Diapalma in Dispensatoriis vocatur. *Gorr.*

*Phœnicites*, Lapis dicitur à Figura, quam habet similem Fructui Palmæ. *Diosc.* vocavit Judaicon, lib. 5. cap. 155.

*Phœnigmus*, est Medicamentum, quod in Cute Rubedinem excitat. Germ. Rothmachendes Mittel. *Lex. Brunon.*

*Phœnix*, Æquivocum est. Vel enim significat Palmam Arborem, vel etiam aliam Plantam arvensem loliaceam. *Gorr.* vel Avem significat, num veram, an fabulosam, non est hujus loci dirimere, leg. de hoc *Aldrov.* lib. 12. Orn. cap. 28. Vel est nomen Collyrii apud Aëtium, *Galen.* lib. 4. de C. M. S. L. cap. 7. ubi Phœnix Apollonii vocatur. Vel Spagyricis dicitur Phœnix Ignis Quinta Essentia, vel Lapis Philosophicus celebratissimus. *Mart. Rul. & Johns. & Tb. Chym.* Vol. IV. p. 447. &c.

*Phlomos, Candelaria, Candela Regis, Lanaria, Verbascum*. Germ. Wüllkraut, vid. Flor. seu Herb. Verbasci.

*Pblolis*, Squamam significat. *Hippocr.* Germ. Eine Schuppen.

*Phorimos*, epitheton est Onis, quod alias O roche in Officinis dicitur.

*Phosphorus*, quidam ex Residuo post destillationem Spiritus Urinæ cum ciantillo, destillando per gradus, ex Retorta vitrea in recipiens Aquâ semiplē. eliciunt. Præparatur quoque ex Capite mortuo fermentatae Urinæ. vid. egregia Scripta *Magni Boylei*. Phosphorus, Latinè dicitur Lucifer, Terminus alias Astronomicus, notans Veneris Astrum, ante exortum Solis conspicuum, quemadmodum idem dicitur Hesperus, quando occasum Solis sequitur. Est vero etiam nomen Collyrii, quod alias Diacrocum dicitur, & à Galeno describitur lib. 4. de C. M. S. L. cap. 7. & *Egin.* lib. 7. cap. 16. vid. Diacrocum.

*Phoxinus*, nomen Pisciculi fluviatilis, ad Fundulos & Gobitas pertinentis, cuius mentio fit apud *Aldrov.* lib. 5. de Piscibus cap. 10. & 32. Duæ enim Species recensentur: laevis & squamosus. *Jul. Alex. Mordilapides* vocat lib. 15. Sol. cap. 7.

*Phrasium viride*, est Flos Æris. Germ. Etz-Blumen. *Mart. Rul. & Johns. Phryde,*

**Phryæ**, Latinè Fricta simpliciter, & intelligitur Resina Colophonia, ad differentiam liquidæ sive humidæ. Fricta verò vocatur, quod torreatur aut uratur, ut docet *Dioscorides*.

**Phryganon**, significat Sarmentum, Virgultum aridum, vel Surculum exsuccum. vid. *Hippocr.* & *Foës*.

**Phrygius**, vocatur Lapis quidam, in Phrygia & Cappadocia occurrens, vel Gleba pumicosa, pallida, modicè gravis, non solida, intercedentibus asbis segmentis. Aliqui pro Lyncurio vendunt; alii pro Belemnite. Vim habet exsicandi, adstringendi & Cicatricem inducendi. vid. *Galen.* *Dioscorides*, & *Gorreus*. Crudum esse acerrimum, ignitum verò dare præsentaneum Oculis Remedium, scribitur in *Th. Chym.* Vol. I. pag. 87.

**Ptharticum**, est Medicamentum Corrumpens & Deleterium.

**Pthinoporón**, est Autumnus Diet. n. 893. vid. *Autumnus*.

**Pthois**, Græcis dicitur Pastillus, Placenta: diciturque Pastillus, Trochiscus.

**Pthorios**, dicitur de Medicamentis Abortum promoventibus, quæ alio nomine Echolia dicuntur, *Gorr. Castellus*.

**Phu**, est Valeriana. Germ. *Baldrian*. vid. Radices Valerianæ.

**Phusca**, videtur respondere Latino Posca, si *Eginete* Descriptio attenditur; si quidem ex Aceto & Aqua paratur. Ab *Aëtio* tamen Potus ita dicitur, in quo Ebur aliquandiu maceratum Ceræ instar emollefecit, ut flexible in quodcunque Opus tractetur. lib. 3. cap. 80. 81. citante *Gorreao*.

**Phycen**, *Phycis*, nomen Piscis saxatilis. vid. *Aldrov.* lib. 1. cap. 8. de Piscibus, adde *Linden*. Ex. V. §. 36.

**Phyco**, *Tyche*, nomen est Emplastri, ad omnia Ulcera præsertim in Ano vel sede, commodi, apud *Aëtium* notante *Gorreao*.

**Phylacterios**, olim dicebatur Amuletorum & Remediorum Magicorum Præbitor, teste *Keuchen*. in Proleg. ad Samm. pag. 68.

**Phylacterium**, est Amuleti species, quâ venenati Morbi arcentur, ut *Zenextor* & alia.

**Phyleteria**, *Frassinella*, *Frassinula*, vid. Rad. Dictamni albi. Germ. *Weisse Diphtam-Wurzel*.

**Phyllitis**, est Scolopendrium. Germ. *Hitschunge*. vid. *Herbas*.

**Phyllum**, id est Folium, apud *Hippocr.* strictius etiam accipi videtur pro Herbis & Foliis hortensibus condimentariis. lib. 2.

**Phyllum arrbenogonon**, *Nicoph.* vid. *Mercurialis Herba*. Germ. *Bingel-Kraut*.

**Phyllum Indicum**, *Phyllum scylmatos Aëtii*, *Batrûm* seu *Betrum Indicum*. Germ. *Indianisch Bladt* oder *Indianisch Samkraut*.

**Phynon**, nomen est Collyrii apud *Celsum* lib. 6. cap. F. citante *Gorr.*

**Phyrama**, generaliter omnem Massam mistam & subactam, liquoreque maccratam significat. Præsertim verò Farina Aqua macerata & subacta in Panificio dicitur. Specialiter tamen hoc quoque nomine venit genus quoddam ammoniaci Thymiamatis, ita dictum, quod cum Terrâ, Arenis & Cululis mistum sit. *Gorreus*.

**Physalus**, est Bufo. Germ. *Eine Kröthe*.

**Physema**, præter alias significaciones Vocabulum hoc tribuitur Resinæ Piceæ. Galen. & Jul. Alex.

**Physicus**, dicitur Philosophus naturalis, *Galen.* in Pr. eom. ad *Hippocr.* de Natur. hum. qui nullum Naturæ Opus velit intactum relinquere, lib. 11. de V. P. cap. 18. Princ. Nihilominus usus quoque obtinuit, ut & Medici vocentur *Physici*, quatenus omnia in Naturæ utilitatem dirigere debent.

**Physiognomia**, dicitur Ars illa, quâ hominum Proprietas atque Natura cognoscitur à Facie usque ad Pectus, ut ex habitu de eujusque ingenio & promptitudine Judicium fiat. *Mart. Rul.* & *Johns*,

**Physiognomica**, sunt Signa, quibus nonnihil ex Vultu præfigiri potest.

**Phytalia**, vocatur postrema Hyemis Pars, sic dicta à Veteribus, quod eo tempore Infistiones optime fierent. vid. *Hom.* & *Gorreus*.

- Phyteuterion*, Plantarum vel Surculorum in terram plantatorum congeriem significat. vid. *Hipp.* & *Foëfius*.
- Phytologia*, est Pars Medicinæ, quæ strictè ad Pharmacologiam, & latè ad Physicos pertinet. Est enim Plantarum, & Vegetabilium omnium cognitio. *Lexic. Brun.*
- Pialos*, Pinguis. Germ. *Fett.* *Hipp.* lib. 2. de Morb. Mulier. XXV.
- Piar*, Pingue, vel Pinguedinem significat. vid. *Hippocr.*
- Pibenella*, Germ. *Pimpinell.* vid. *Herb.* & *Rad.*
- Pica*, præter alias significationes, vocatur ita Avis è Corvino, vel Corniculum genere. Germ. *Ein Aglaster/ Ahel/ Alster oder Hech/ ex Pullis destillatus* ▽ ant. epileptica. vid. *Aldrov.* & *Schræd.*
- Picata Vasa*, dicuntur Linita Pice, in quibus Vina Græca reponuntur. *Sylvat.*
- Picea Resina*, Germ. *Roth Thannen-Harz.*
- Picenarium*, dicitur Instrumentum, in quo colatur Pix. *Sylvat.*
- Picra*, videatur Hiera Picra. Germ. *Bitterhenl.*
- Picros*, est Amarus, Picrocholos, Hiera. Aliquando etiam pro Acri sumitur. Ita Picron Piper dicitur. *Linden.*
- Picus*, Germ. *Specht.* Nomen Avis, quæ arbores rostro tundit & perforat, cuius Species tradit *Aldrov.* lib. 12. Ornith. cap. 30.
- Picuos*, est Pinguis, legitur de Facult. *Hippocr.* lib. de Natur. Puer.
- Picuar*, i. e. Flos Salicis. Germ. *Wendeln Bluh.*
- Piester*, vid. *Prælum* sive *Prelum*.
- Piger Henricus*, Germ. *Gauler Heinrich.* vid. *Athanor*, *Fornax acida*, vel *Accidæ Furnus*.
- Pigmentarius*, est Unguentorum Institor, qui Unguenta vendit. *Rhod.* ad *Scrib.* n. 22. Pigmenta enim inter Medicamenta habentur.
- Pigmentum*, vid. *Unguentum*.
- Pila Pharmaceutica*, *lapidea*, *fistilia*, *ænea*, in quibus Semina & Nuclei teruntur, aliisque diversi generis subiguntur, & miscentur; quæ hodieque sub mortariis comprehenduntur. *Wecker.* Ant. Gen. lib. 3. cap. 49. Pilæ aliquando pro Pilula usurpari testatur *Keuchen.* ad Samon. p. 121.
- Pila Capræ*, Germ. *Gembseñ Kugel.* vid. *Ægagropila*, vel *Lapis Bezoar Germanicus*.
- Pila Caprina*, ad magnitudinem Capitis Infantis, ist zu lesen in der teutschen Material-Kammer/ Hn. Joh. Jacobi Marren/ vornehmen Materialisten in Nürnberg/ fol. 160.
- Pila marina*, *Balla* & *Pala marina*, *Alcyonium* & *Halayonium rotundum*, *Sphera Taffia Galeni*, *Sphera marina*, *Halcyonium primum* *Dioscorid.* Germ. *Meer-Ballen*/ præparatur ex Pilis ab Animalibus marinis, à Spuma marina lavatis. &c.
- Pila*, species Mortarii est, ex varia materia fabricata, ex ænea, ferrea, lapidea, vitrea &c. sumitur & pro Pistillo. Germ. *Ein Mörser-Stempel.*
- Pileus*, *Pileolus*, quid sit notum est. Pertinet quoque ad Pharmaceutica. *Pilei delicati*, vid. *Cucupha.* Germ. *Haupt/ Häublein.*
- Pili Leporini Martiales combusti*. Germ. *Gebrannt Hafsen-Haar.*
- Pilima*, i. e. Filtrum. *Galen.* i. i. Therapevt. Cap. 9. in fin.
- Pilizenii*, sunt Pili albi circa caudam & collum Leporum nascentes. Germ. *Weisse Hafsen-Haar um den Hals und Schwanz der Hafsen wachsend.* *Dorn. Mart Ruland.* & *Johnson.*
- Pillula*, vid. *Pilula*.
- Pilos*, id est Argilla. Germ. *Lätt/ vel Terra humida.* *Mart. Rul.* & *Johns.*
- Pilosella* *utea major* & *minor*, *Herba pilosa*, est Auricula Muris, Germ. *Wauß-Dehrlein.* vid. *Herbas.*
- Pilosella montana*, est Hispidula, vid. Flores Hispidæ, seu Hispidulæ.
- Pilula*, sive *Catapotium*, est Medicamentum solidum, siccum, Globuli vel Pisi formam habens, ex Pulveribus, Gummis, Extractis, &c. glutinoso Liquore exce-

- exceptis, efformatum, quod deglutiri debet integrum, ad fallendum amarum & ingratum saporem, juxta Proverbium: Pilulæ & Injuriæ non masti-candæ, sed deglutiendæ sunt. Sunt verò acidum concentrantes, alterantes, purgantes, sudoriferæ, vomitum concitantes &c. Germ. Pillen oder Pilulen. Quorum Catalogum & Historiam vid. in Pharmaceuticis, præsert. Wecker. Ant. Gen. Morell. Schröder. Dispens. August. et Norimberg.
- Pilulae Aethiopicae.* s. Aethiopis mineralis zij. Cerussæ & nii zj. Gummi Guajaci zj. Extract. Sarsæ comp. q.s. ut fiat Ø.
- Pilum*, vel *Pili Caput*, idem quod *Pistillum* vid. *Pila*.
- Pimele*, est *Pinguedo* Germ. Fett oder Feiste. vid. *Adeps*.
- Pimpinella*, Germ. *Pimpinell*. vid. *Herbas & Radices*.
- Pimpinella Italica*, seu *Sanguisorba*, & *Saxifraga Italica*. vid. *Herbas, Rad. Germ. Welsch Pimpinell*.
- Pimpinella Romana*. vid. *Sem. Seseleos Cret.* Germ. *Eretischer Geselsamen*.
- Pinastellum*, est *Peucedanum*, vid. *Rad. Peucedani*.
- Pindo*, id est *Pilā tundo*. *Keuchen ad Sammon.* pap. 185.
- Pinea Refina*, Germ. *Weiß Harz* / *Rün Harz* / *Pin. Harz* / *Kübel-Harz*.
- Pineatum*, vocatur Medicamentum, quod Nucleos Pini potissimum, vel instar Basis recipit. Ita Confectiones Pineatæ sunt Morsuli, vel Tabellæ ex Pineis Nucleis paratae: & Unguentum Pineatum. vid. *Forest.* lib. 2. *Chir. Observ.* 9. in *Schol.*
- Pinea Nuceti*, seu *Strobili*. Germ. *Pinen* / *Krafft* - *Nußlein* / *Zieber* - und *Thans* *Nußlein* / *Pignoli* und *Pinen-Kern*. Spontè crescunt in Italia, inde ad nos advehuntur; præstant recentiores, pleni, albi, siccii; vitentur flavi, pallidi, oleosi & rancidi. vid. *Nux Pinea*.
- Pinguedinoa*, dicuntur quævis *Pingua*. *Mart. Rul.* et *Johnson*.
- Pinguedo*, Germ. Fett / *Schmalz* oder *Schmeer* / vid. *Adeps*.
- Pinguedo furfurosa*, vid. *Ambra subalbida*, *Salis Flos*, seu *Sperma Ceti*. Germ. *Bald-rath* oder *Wall-rath*.
- Pinguedo Lactis*, *Flos Lactis*, *Lustum* & *Aphantisma*, & *Pyonpiar*, vid. *Cremor Lactis*. Germ. *Rahm* / *Schmand*.
- Pinguedo*, sive *Pinguitudo furfurosa*, est *Ambra subalbida*, seu *Sperma Ceti*. Germ, *Wallrath*. vid. *Ambarum subalbidum*, seu *Sperma Ceti*.
- Pinna*, idem quod *Penna* vel *Ala*, v. gr. *Pinnæ Apum*, *Aquilæ*, vid. *Rhod.* in *Lexic. Scribon.* Ita *Pinnæ Nasi* vocantur *Alæ Narium*, *Galen.* in *Def. Barthol.* lib. 3. Ann. cap. 10. vid. *Ala*, *Pinna*. Est etiam species *Ostraceorum*, vel *Testateorum*. vid. *Aldrov.* lib. 2. cap. 76. & *Chiocc. Mus.*
- Pinodes*, *Sordidus*. Dicitur enim de *Lana succida*, sive *sordida*, legitur apud *Hippoc.* lib. 2. de *Morb. Mul.* LXV. 6. 7. Derivatur à *Pinos*, quod idem ac *Sordes*; significat verò & *Vinum hordeaceum*, aut quod è *sordibus velle-rum elutis conficitur*. vid. *Foëf.* pag. 503. seq.
- Pinus domestica*, *Italica*, *sativa* & *vulgarissima*. vid. *Nucl. seu Semen Pini*, vel *Pinearum*. Germ. *Pinen* oder *Krafft* - *Nußlein*.
- Pinn*, significat apud *Hippocr.* *Pingue* & *Dulce*, cùm in *Lacte*, tùm in *Sanguine*. *Hippocr.* lib. de *Natur. Puer.* & *Foëf.*
- Piper Aethiopicum*, crescit in Regionibus *Aegypti*, instar *Pisorum*, utitur ad Dolores dentium. Germ. *Mohren-Pfeffer*.
- Piper agreste*, *Eunuchorum* & *Monachorum*, *Arboris Casti* & *Salicis mariae*. vid. *Semen Agni Casti*. Germ. *Reuschlamm-Samen*.
- Piper album*, quod omnium præstantissimum. Dicitur *Piper rotundum album*, *Leucopiper*. Uti quidam volunt est *Fructus non benè maturatus*, sed decussus, externò *Cortice denudatus*; sic enim quando exsiccatur, remanet albus. Crescit in Regionibus *Malabar*, seu *Malavar*, & *Malace*. &c. Germ. *Weisser Pfeffer*.
- Piper aquaticum* & *Caninum*, est *Persicaria*. Germ. *Wasser Pfeffer* oder *Mücken-Kraut*. vid. *Herbas*.

*Piper Hispanicum, Siliquastrum, (Siliquastrum varietas triplex, Siliquastrum cor-  
datum, longum & rotundum) Piper Indicum rubrum, Piper Chalecuticum,  
Piper Brasilianum, Piper Capsicum.* Colitur quoque in multis Germaniae  
locis. Germ. Spanischer Pfeffer.

*Piper longum, seu Macropiper,* nascitur in Cengala, Sumatra & aliis locis. Oriente minus, Occidentale majus. Germ. Langer Pfeffer.

*Piper. Matth.* est Amomum *Dioscoridis.*

*Piper Monachorum.* Germ. Münchs-Pfeffer. vid. Sem. Agni casti.

*Piper montanum,* est Semen *Cocognidii.*

*Piper murale,* seu *muriuum,* est *Sempervivum minimum.*

*Piper murinum, Triquetrum, Uva sylvestris, Pituitaria.* vid. Sem. *Staphisagriae.*  
Germ. Stephans-Körner.

*Piper nigrum, Melano Piper.* Nascitur in Malacca, in Insulis Javæ vicinis, Sunda, Calecuth & Cuda, aliisque locis. Crescit in Planta, quæ scandit instar Smilacis & Clematitis: Unde etiam Clematitis species est: In principio quod attinet rotundum racematum sunt congesti ejus Fructus, qui primum sunt virides, & hinc sunt rubri, tunc temporis sunt maturi. Fructus rubri seu maturi decerpuntur & exsiccantur in Sole, atque sic sensim sensimque acquirunt nigredinem, & propter exhalationem particularum volatilium fugas. Virtute omnia calefaciunt, sed album superat nigrum, & illud iterum longum suâ præstantiâ. Germ. Pfeffer/ schwarzer Pfeffer. Plura de Piperibus legenda sunt apud *Garciam ab Horto, Christophorum à Costa, Verzacham, Ettmullerum & alios plures.*

*Piper Persicinum, Indicum, rubrum, Brasilianum,* vid. *Piper Hispanicum.* Germ. Spanischer Pfeffer.

*Piperina Therme in Helvetia,* Germ. Pfeffer-Badt im Schweizer-Land/ quarum Descriptio legenda est apud *Hildanum*, Oper. pag. 657.

*Piperitis, Raphanus sylvestris,* Germ. Pfeffer-Kraut.

*Pirola, Pirula, Pyrola, & Pyrula.* Germ. Wald-Miangold/ oder Wintergrün. vid. Herbas.

*Pisa,* id est Pix. Germ. Pech. Sylvat.

*Pisare,* id est Colare. Germ. Durch ein Tuch senhen. Mart. Rul. & Johni.

*Piscis, Ichthys, Echeneis.* Germ. Ein Fisch / referuntur Pisces inter Alimenta humidiora, præfertim recentes. Dividuntur in fluviatiles, lacustres & marinos. vid. Aldrov. de Piscibus: Sign. X, XI.

*Piso,* idem quod Mortarium. Keuchen. ad Samon, pag. 185.

*Pispatica,* id est Eduatoria. Matth. Sylvat.

*Pissanthos,* vid. Orrhopista, seu Picis Flos.

*Pissaspaltus, Pix Terre, Pix montana, Picibitumen, Mumia nativa & Grecorum.* Germ. Erd-Pech/ Berg-Pech/ Pech-Leim/ Leim-Pech.

*Pissalphaltus,* est vel Nativus, vel Factitius; Nativus Veteribus usitatus, non amplius in usu est, & ejus notitia modernis incognita. vid. suo loco Asphaltos, sive Asphaltum. Factitius est Mixtura ex Pice ac Bitumine, (unde & nomen accepit) videturque id esse, quod nostrates Asphaltum vocant, seu Bitumen Judaicum. Non desunt, qui putant Arabum esse Mumiam.

*Pisse,* Latinè Pix, est Fluxus ex accensis Tædis, vel pars resinosa ex Arbóribus, per senectutem nimiâ pinguedine quasi strangulatis: de qua vid. Schröder. lib. 4. Cl. 2. n. 397. Hipp. & Foës.

*Pisselæon,* dicitur Oleum picinum, compositum est Medicamentum ex Pice & Oleo mixtum. Gal. lib. 1. de C. M. S. L. cap. 3. & lib. 2. cap. 1. Verum aliis idem est, quod Pissanthos, sive Pix liquida. Gorreas & Schröderus.

*Pisseros,* epitheton Ceroti, quod ex Cera, Oleo rosato & Pice arida componitur. Latine: Ceratum picatum; item Tetrapharmacum. vid. Hippocr. lib. 2. de Morb. Mulier. Germ. Ein Wachs-Pflaster.

Pissoco.

- Pissoceros*, vocatur Crusta Alveorum & Tectorium Ceræ, vel uti initium, est que secundum Operis Apum veluti Fundamentum. *Gorreus.*
- Pistacea*, & *Pistacia*, seu *Fistacia*, & *Nux Vesicaria Dodon. Straphitodendros.* Germ. *Pistaciæ* / Syrische oder Welsche Pimpernüslein. Ex Alexandria, Damasco & Syria Venet as importari solent. Eliguntur recentia Nucleo intus herbaceo, Sapore jucundo, & non rancido. vid. *Nux Pistacea*.
- Pistare*, id est Contundere. *Mart. Ruland. & Johnſ.*
- Pistida*, sunt Digestionem facientia. *Galen.*
- Pistillum*, est Instrumentum Pharmaceuticum, quō Res in Mortario tunduntur. Germ. *Ein Stosser/ Stempfſel/ oder Pistill.*
- Pistolochia*, est Aristolochia bulbosa, vel rotunda, vid. Radices.
- Pistos*, præter alias significationes dicitur de Medicamentis fluidis & potabilibus. *Linden. Ex. XIII. §. 323.*
- Pisum Cordatum*, vid. Semen Coriandri. Germ. *Coriander.*
- Pisum*, inter Legumina pertinet, & cum Fabis habet cognitionem. *Gal. I. x.* de Alim. Facult. cap. 21. *Bruyer. de Re Cibar. lib. 7 cap. 2.*
- Pithecoides*, Simiæ formam habens, dicitur de Animalibus Simiæ confinibus, quæ *Galen.* ad Anatomicas Exercitationes elegit ut & Simias ipsas, lib. 6. An. adm. cap. 3.
- Pitheros*, id est Pinguis, usurpatur ab Hipp. de Terra pingui, Lib. de A. L.
- Pithex*, Latinè Simia, dicitur Animal quadrupes, Homini maxime simile, vid. *Aldrov. lib. 2. cap. 5. de Quadrup.*
- Pittacium*, est Pannus modicus, qui Medicamento illitus, affecto loco impunitur, propriè Emplastrum. Germ. *Pflaster. Lexic. Blanc.*
- Pituitaria*, seu *Pedicularis Herba*, Staphisagria, vid. Sem. Staphisagriæ. Germ. *Stephans-Körner.*
- Pityusa Dioscoridis*, est Radix Turbithinigri, seu Esulae majoris.
- Pityrias*, *Pityron*, est Furfur. Germ. *Kleien.*
- Pix arida*, *Pix concreta*, seu *excolla*, *Palimpissa*. Germ. *Hart Pech/ Stein: Pech.*
- Pix*, sive *Pixari*, vid. *Pisse*, est Succus resinosis, sive Gummi destillans ex Arboribus resinosis, uti Abiete, Cedro, Larice, Pinu, Terebintho &c. vi ignis extorta, modus fit per Descensum. Primò venit Pix liquida, deinde crassior & crassissima. Germ. *Pech.* Plura legenda sunt apud *Schr. lib. IV. fol. 208.*
- Pix Græca*, seu *Brutia*, est Colophonia. Germ. *Geigen-Harz.*
- Pix liquida*, est Terebinthina. Germ. *Terpentin.*
- Pix navalis*, *Ropissa*, *Pix Radulana*. Germ. *Schiff-Pech.*
- Pix Terræ*, *Pix montana*, *Mumia nata*. vid. *Pissasphaltum.*
- Pix Virginea*, Germ. *Jungfrauen-Pech.*
- Placenta*, præter alias significationes denotat propriè varias Eduliorum species, subactas ex Caseo, Melle, Farina, &c. de quibus *Galen. lib. de bono & malo succo cap. 4.*
- Placitis*, est species Cadmiæ factitiæ, in Fornacibus Crustrarum modo concretæ, *Gorreus.* vid. *Cadmia.*
- Placus*, vocatur Panis crustaceus, *Placenta crustacea.* vid. *Jul. Alex. lib. 8. Gal. cap. 9.*
- Planetæ*, Planetarum Nomina à Chymicis quoque translata esse ad Metalla, patet ex horum quoque Monumentis, Ex. gr. Sol ☽ Auro tribū: ur, Luna ☿ Argento, Venus ♀ Cupro, &c. de quibus singulis in suis Locis & Literis propriis.
- Planta* est Vegetabile integrum, sive Arborem velis, sive Fruticem, sive Herbam. Germ. *Ein Zweig oder Pflanze*
- Planta Febrifuga*, est Centaurinum minus, vid. *Herbas. Germ. Tausend Guß-dien-Kraut.*
- Planta Leonis*, *Lentopodium*, *Alchimilla*. vid. *Herb. Germ. Unser Frauen Mantel.*
- Planta Pedum*, Germ. *Die Fläche des Fußes/ oder Blatt-Fuß.* vid. *Pedion.*
- Planta-

- Plantago*, Germ. *Wegerig* / vid. *Herbas & Semina, atq; Radices.*  
*Plantago aquatica*, seu *Palustris*, Germ. *Wasser-Wegerig* / oder *Frosch-Löffel-Kraut*. vid. *Herbas.*  
*Plantanella*, *Platanaria*, *Acanthus Germanica*, seu *vulgaris*, *Spondylium birsutum*,  
 seu *vulgare*, *Branca Ursina*. Germ. *Beeren Kranz.*  
*Plantamom*, vocatur *Petra è Mari* prominens *Lubrica, Lævis*. *Galen.* in *Ex. Voc. Hipp. Föes. d. l.*  
*Platea*, nomen *Avis fluviaialis*, *Rostro Cochlearis formam habente*, vid. *Pelecanus Lang.* ejus industram laudat lib. 2. cap: 2.  
*Plateos*, i. e. *Arsen-cum*. Germ. *Hütten-Rauch. Sylvat.*  
*Platys*, vocantur *Lumbrici lati*. *For. lib. 21. Aff. 26.*  
*Pletronia*, *Peletronia*, est *Rhaponticum vulgare*. Germ. *Gemeine Rhapontica.*  
*Plenilunium*, dicitur quando *Luna Soli è Diametro opposita*, in totum fulgida  
 appareat, de cuius viribus differit *Galen.* lib. 3. de Dieb. decret cap. 3. seq.  
*Plerotica*, sunt Medicamenta Carnem restaurantia & implentia. Germ. *Gletsch-  
 machende Mittel.* *Lex. Blanc.*  
*Plinthitis*, Species dicitur *Aluminis*, teste *Aëtio*, quæ alio nomine *Placitis* appelle-  
 latur. *Gorreus.*  
*Ploma*, est *Verbascum*. Germ. *Wüllkraut* / vid. *Herbas.*  
*Pluma*, idem quod *Penna*, & quidem levior, tenuior. Germ. *Blumfeder.*  
*Plumbago*, seu *Molybdæna*, duplex *Dioscorid.* est : *Nativa & factitia.* Illa nihil  
 aliud esse videtur, quam *Lapis*, sive *Plumbi Minera*, seu potius *Minera Plumbi & Argenti simul.* Factitia est species *Lithargyrii*, videlicet est il-  
 iud *Recrementum*, quod in *Argenti Aurique purificatione cum Plumbo*,  
 minerâve *Plumbi institutâ*, fornacis folio-concretum & perustum adhæ-  
 scit. *Lex. Brun.*  
*Plumbago*, etiam *Cerussa* ♫. dicitur. Germ. *Bleßweiß.*  
*Plumbago Pinii*, est *Persicaria*. Germ. *Flöhe-Kraut* / oder *Wasser-Pfeffer.*  
*Plumbi Ærugo*, *Cerussa* est ♪. Germ. *Bleßweiß.*  
*Plumbi Cinis*, } est *Cerussa*. ♪. Germ. *Bleßweiß.*  
*Plumbi Flos*, } est *Cerussa*. ♪. Germ. *Bleßweiß.*  
*Plumbi Scoria*, *Plumbi Recrementum*, Germ. *Bley-Schlacken.*  
*Plumbum album*, id est *Cerussa* ♪. Germ. *Bleßweiß.*  
*Plumbi Spuma*, est *Lithargyrium Plumbi*. ♩. Germ. *Bley-Glett.*  
*Plumbum*, Germ. *Bley* / *Chymicis Saturnus* ♫. Est *Corpus immundum*, & im-  
 perfectum, ex *Argento vivo impuro non fixo*, terreo, fæculento, aliquan-  
 tum albo in manifesto & rubeo in occulto, & ex tali Sulphure adusti-  
 bili, ex aliqua parte procreatum, & deficit ei *Puritas*, *Fixatio cum Colore*  
 & *Ignitione*. Differt ♫. à ♪ ve mundicie : alias valde inter se convenient  
 vide *Molybdos*. Plura apud *Paracelsum*, *Mart. Rul. Ettmüll.* & *alios le-*  
*genda sunt. Sign. ♪, c, ≡, lx, m, H, ♂, ♦, ⚡, T, ♪,*  
*h, ♪, ♫, ♂, ⚡, ⚡, ⚡, m.*  
*Plumbum album*, & *Argenteum*, seu *Plumbum candidum*, impropriè *Stannum* ♪  
 dicitur, & non est idem, vid. *Mart. Rul.* fol. 367. *Johns. 3. Lexic.* fol. 62.  
*Plumbum album Anglicum*, Germ. *Englisches Blei.*  
*Plumbum candidum nostrum*, nigro ♫ o est purius & perfectius quiddam, *Johns. 3.*  
*Lexic.* fol. 62.  
*Plumbum Cinereum*, est quasi sui generis Metallum. *Johns.* fol. 62.  
*Plumbum dissolutum*, est *Mercurius*. Germ. *Quecksilber.* ♩.  
*Plumbum nigrum*, *Molybdon*, excoquitur, vel ex *Galena*, vel ex *Pyrite* fit.  
*Johns. 3. Lexic.* fol. 62.  
*Plumbum Philosophorum*, ♪, est ex *Antimonio tractum*. *Johns.*  
*Plumbum*, ♫, vocatur à *Chymicis Aqua omnium Metallorum*, *Molybdos*, *Ca-*  
*pricornus*, *Corpus minus*, *Corpus immundum*, *Malipodium*, *Dominus*  
*Terræ*, *Dominus Metallorum*.

Plum-

**Plumbum Sapientum, Terra nigra**, vid. Stibi, vel Antimonium. Germ. Spieß-Glaß.

**Plumbum ustum**, Germ. Gebrannt Blei/ oder Blei-Ashen. Cum Sale aut Sulfure stratum super stratum comburitur, & post ustionem a Salsedine per Aquam separatur.

**Plumosum**, dicitur species Aluminis. Germ. Federsweiß.

**Pluvia**, quid significet, ex Physicis, imò ex Lexicis trivialibus constat. vid. Imber. Aquam pluviale esse limpidissimam ac tenuissimam, & magni etiam usus, testatur Ägineta lib. I. cap. 50. & præsertim Hippocr. Schröd. & Frid. Hoffm. Germ. Regen.

**Pluvia martialis**, non putreficit. Germ. Merken Regen. Wasser fault nicht.

**Plyma**, Laturam significat, hoc est Aquam, in qua aliquid elutum sit. Legitur apud Hippocr. lib. 4.

**Pneuma**, latine Spiritus. In Pharmaceuticis Spiritus notat Substantiam tenuem, limpidam, vi Δnis, ex misto, per Artes destillatoriam elevatam: quae, licet, Atomis collectis, adstantis aëris frigore in Liquorem condensetur, nomen non mutat. Eliciuntur ex Animalibus, Mineralibus & Vegetalibus: Suntque vel simplices vel composti. Utrorumque Historiam vid. apud Schröd. lib. 2. cap. 81. Rolsink. Chym. &c.

**Pnevmon**, Latine Pulmo vocatur. In Pharmaceuticis Pulmo Vulpis præ in Ph. hisi maxime recommendatur, uti patet ex Dispensatoriis. vid. Pulmo Vulpis.

**Pnevmonicus**, dicitur de Medicamentis Pulmoni destinatis; quarum Historiam vid. apud Rolf. lib. 8. Sect. I. cap. 1.

**Poculum**, quid significet, notum est, videlicet Vas, ex varia materia præparatum, è quo vel Alimenta, vel Potulenta, vel Medicamenta ehibuntur. Olim varia parata fuisse Pocula Medicata, ex Äere, ex Electro, hoc est Auro & quinta Argenti parte, ex Cornibus, ex Lignis Medicamentosis, constare poterit ex Lang. lib. I. Epist. 29. C. Rejes, Libav. Poculum amatorium est Filtrum. Germ. Ein Becher/ oder Geschirr wodurch man trinkt.

**Poculum, Annulus & Nummus vomitorius**, præparantur ex Vitro Antimonii.

**Pœonia**, recte collecta & præparata est Arcanum Epilepsiae, Paracelsus. Germ. Gicht-Wurzel. vid. Radices Pœoniæ.

**Polemonium**, seu *Polemonia*, & *Fraxinella*. vid. Radices Dictamni albi.

**Polium Theophrasti**, *Pumila Cupressus*, *Cupressus*, seu *Cyparissus hortulana*. Germ. Garten-Cypres. vid. Herbas.

**Pollen**, Farina tenuissima dicitur, sicut Flos Siliginis, Jul. Alex. lib. 8. Sal. c. 9.

**Polyarchion**, nomen est Malagmatis à Polyarcho Authore; cuius Descriptiones habentur apud Gal. lib. 8. de C. M. S. L. cap. 5. & lib. 7. & Äginet. Est etiam Cataplasmatis nomen apud Aëtium lib. 9. cap. 34. citante Gorri.

**Polychreston**, & **Polychrestos**, est Medicamentum multis morbis accommodatum. vid. Galen. lib. 5. cap. 1.

**Polyclonus ramosus**, est epitheton Arthemisiae, Gorraeus.

**Polycraton**, & **Polycriton**, *Hippocratis*, est Persicaria. Germ. Wässer-Pfeffer/oder Flöhe-Kraut. vid. Herbas.

**Polyeidæ Spfragis**, nomen Trochisci olim celebris, ad Ulcera diuturna & contumacia. vid. Galen. lib. 5. de C. M. P. G. c. 11.

**Polygalatos**, Lacte abundans dicitur: cui opponitur Laete deficiens. Erot. Onom. pag. 19.

**Polygonatum**, est Sigillum Salomonis, vid. Radices.

**Polygonum**, Germ. Begtridt. vid. Herbas.

**Polypharmacon**, *Polypharmacos*, est idem quod Polychreston.

**Polyphoros**, est epitheton Vini generosi. Linden.

**Polyopodes**, dicti Aselli, Millepedes & Porcelliones, est Insectum Diureticum, Germ. Keller-Eselger. vid. Millepedes.

*Polypodites*, est epitheton Vini ex Polypodio facti, cuius Descriptio habetur apud Aetium, lib. 3. cap. 60. & 61. citante Gorreo.

*Polypodium*, Germ. Engelsfuß. vid. Rad. Polypodii.

*Polyporia*, significat multam vel longam Potionem, non Aquae, sed Vini, ad. Hippocr. 7. Aph. adde Diet. n. 704.

*Polypus*, praeter alias significaciones generaliter notat omne Animal, quod multos Pedes habet, ut Aselli, sive Millepedes.

*Polypermus*, qui Semine dives est, vel abundans. C. Hoffm.

*Polytrichum*, *Adiantum*, & *Trichomanes*. vid. Herbas.

*Poma*, Latinè Potus, Potio dicitur, ejusque significatio est nota. Pertinet ad Alimenta fluida, quæ solâ infusione & deglutitione absumuntur. Diet. n. 707. *Linden*. vocat Cibum sorbilem. Ex IIX. §. 34. Græcis dicitur Poton, item Posis. Dantur & Potiones Medicæ, sive Pharmaceuticæ, suntque Medicamenta liquida, quæ bibuntur, atque solâ fere mixtione Liquidorum constant, de quibus Schröder. lib. 2. cap. 74. Fr. Hoffm. & Mor. de Form. Remed. suntque Alterantes, Confortantes, Purgantes, &c.

*Poma de Seni*, sunt Pruna Damascena.

*Pomambra*, dicitur quasi Pomum Ambræ, seu ex Ambra, sive Pomum, i seū Poma Ambræ. Est Odoramentum siccum, paratum ex Suaveolentibus, plerumque ex Ambra, Moscho, Zibetho, Benzoe, Ladano, Styrace calamita, Caryophyllorum, Cinamomi, Ligni Rhodii &c. ex hisce cum Mucilagine Tragacanthi Globuli majores, seu Poma, Odoris gratia componuntur. Germ. Von Ambra gemachte wohlriechende Kugeln/ oder Rauh-Ballen. Lex. Brun.

*Pompholygeron*, est nomen Emplastri, cuius Descriptio habetur apud Eginet. lib. 7. cap. 17. notante Gorreo.

*Pompholix*, seu *Bulla cadmica*, *Nihil album*, *Pulvis Nibili*. Germ. Weiß nicht/ Gallmen-Fluch/ Streu-Wehl. Vera Arabum Tutia est; (Officinarum vero Tutia Veterum, Cadmia est, Fornicaria scilicet:) Est Pompholyx tenuissima, & volatilis Favilla, quæ dum æs in Fornacibus perficitur, & Cadmia detrita inspergitur, in altum evolat, & supernæ earum parti adhærescit. In Principio cum fit, velut in Bullas (unde nomen habet) prodit, aut Glomculos Vellerum similes coit, & Farinæ modo contacta inspergitur. Est enim veluti candidus Cinis, & usque adeò levis, ut in sublime facile feratur, & Farinæ volatilis modo superiori Fornacum tetto adhæreat.

*Poma*, seu *Mala Officinalia*, sunt Dulcia, Borstorffiana ac Vinosa, Germ. Süssse/ Wein-reiche / oder Borstorffer Apfelf.

*Pomum*, idem quod Malum. Germ. Ein Apfel. vid. Malum. Poma Hesperidum, in Arte Spagyrica, quæ dicantur. vid. apud. Libav. Tom. III. p. 213.

*Pomum Adami*, *Citrangula*, *Pomum Assyrium*. Germ. Adams-Apfel. vid. Herbarium Verzäschæ, fol. 111. Pom. Adami.

*Pomum Ambræ*, Germ. Pomambra/ wohlriechende Kugeln. vid. Pomambra.

*Pomum Amoris*, sive *Aureum*, Germ. Gold-Apfel / oder Lieb-Apfel. Est Fructus Plantæ ex Semine crescentis in Hortis.

*Pomum Armeniacum majus* & *minus*. Germ. Grossé und kleine Morellen / Gold-Pfersing/ Borillen/ oder St. Johannes-Pfersing. Est Fructus Arboris sati notæ, quæ colitur in Hortis.

*Pomum Athomaticum*, est Malum Citrinum Æthiopicum. *Sylvat.*

*Pomum Aurantium*, vid. *Aurantia Mala*, seu *Malum Aurantium*.

*Pomum Citrum*, Germ. Citron / vid. *Malum Limonium*.

*Pomum Hierosolymitanum*, vel mirabile, *Cucumer pumiceus*: *Charantia*, vid. *Momordica*. Germ. Momordica- Apfelf.

*Pomum oloriferum*, idem quod *Pomum Ambræ*. vid. *Pom. Ambræ*.

*Pondera Chymica*, seu *Medicinalia* sunt sequentia:

Wj. Germ. Ein Pfund/ oder 12. Unzen 3xij. sind 24. Loth/ oder 96. Quintlein.

Wj. Ist ein halb Pfund/ oder 6. Unzen 3vj. sind 12. Loth/ oder 48. Quintlein. 3j.

**W.**, ist ein Viertel von einen Pfund/ oder dren Unzen ziiij. sind 6. Loth/ oder 24. Quintlein.

**Zj.** Sind 2. Loth/ oder 8. Quintlein zvijj. oder 24. Scrupel xxxiv.

**Zb.** Ist 1. Loth/ oder 4. Quintlein. ziv. oder 12. Scrupel. xxij.

**Zj.** Ist ein Quintlein/ oder 3. Scrupel. iiiij. oder 60. Gran. gr. lx.

**Dj.** Ist ein Scrupel / oder 20. Gran. gr. xx.

**Df.** Ist ein halber Scrupel/ oder 10. Gran. gr. x.

**gr j.** Ist ein Gran. Granum unum Piperis albi, sive Granum unum Hord. min.

**Mj.** Manipulus unus, Germ. Eine Hand voll.

**Mg.** est Manipulus semis, Germ. Eine halbe Hand voll.

**P. j.** est Pugillus unus. Germ. Was man zwischen 3. Fingern fassen kan.

**P. g.** est Pugillus semis. Germ. Was man zwischen 2. Finger Spalten fassen kan.

**Pondo, seu Pondus,** significat Quantitatem Rei alicuius gravitate determinatam.

quemadmodum Mensura Vasculi recipientis concavitate certa notaram.

Dantur vero quamplurima, & penè infinita Pondera, pro Regionum & con-

suetudinum diversitate. De quibus videatur, inter Antiquiores, Ga'en. lib.

de Ponder. & Mensur. & Aeginet. tit eodem. Inter Recentiores Sennert.

Inst. Medic. lib. 5. pag. 3. Sect. I. cap. 3. Dogm. pag 485. seq. De Ponde-

ribus Spagyricis Th. Chym. Vol. I. pag. 485, Vol. III. pag. 489.

ad **Pondus omnium**, vid. Omnia ad Pondus.

**Ponticus**, epitheton est Saporis certi Salini, respondentis Aquæ marinæ & de-

notat Sal cum fæculentia conjunctum; de qua Pontica qualitate vide plu-

ra apud Paracels.

**Popanac, & Popanax**, Mart. Rul. & Johns. est Gummi, vid. Opopanax.

**Populago, seu Populus pumila, Chamæleuce, Farfugium, & Farfara**. Germ. Brand-

Lattig. Huff Lattig. vid. Herbas.

**Populeon, & Populeum**, nomen est Unguenti, in Officinis notissimi, & ipsis rusti-

cis frequentissimi usus, vna cum Unguento Dialtheæ. Ita dictum est à

Gemmis Populi, seu Oculis Populi albæ Arboris, quæ Basin constituunt.

**Dispensatoria.** Laudat etiam Lang. lib. 1. Ep. 14. Unguentum Populeum,

cum Aquâ portione Eleætuarii purgantis mixtum, & Plantis Pedum inun-

ctum; purgare Corpus vult Paracelsus in Consil. Medic. T. V.

**Populus nigra**, prima hujus Arboris Germinalia foliorum futurorum Rudimen-

ta: Gemmæ, seu Oculi Populi vulgo dicuntur. Germ. Aspen/ oder Alber-

Knöpff/ oder Alber Sprossen. Nascitur juxta Flumina, & apud Aquas &

Montes etiam amat.

**Porcellana, & Portulaca**. Germ. Porzel-Kraut/oder Blen-Kraut. vid. H. Portulac.

**Porcellio**, est Insectorum species, quæ & Asellus & Miliepeda dicitur, cuius

Pulvis valde diureticus est. vid. Millepedes.

**Porcellus, Porcus**, idem quod Sus, Scropha, Animal quadrupes notissimum,

vid. Aldrov. lib. 1. de Quadruped. Bisulc. cap. 36. Bruyerin. de Re Cibar.

lib. 13. Cap. 1. & 2. Tribuitur quoque nomen Porci & Porcilli Piscibus,

Ex. gr. Delphin &c. qui more Porcorum, Rostro terram fodere, dicitur.

Aldrov. lib. 2. de Piscibus, cap. 69.

**Porcellus, Porculus**, Germ. Ein junges Färclein/ oder Säulein.

**Porcetra**, dicitur juxta Pomponium Sus, quæ semel peperit; attestante Ingraffia,

Com. ad Avicen. de Tum. p. n. pag. 230.

**Porci, seu Suis Axungia**, Germ. Schweinen Schmalz. Est Adeps Animalis, satis

noti ac cogniti.

**Porculi dentes**, Germ. Spän-Färclein/ oder Sugk-Färclein.

**Porfiligon**, id est Batitura Ferri. Germ. Hammer-Schlag von Eisen. Mart. Rul.

sed Johnsonus Porfitigon notavit.

**Porfireticum**, vel Mortarium Aeneum, aut Orichalceum. Germ. Mörsel von Arz

oder Messing. Mart. Rul. vel Rudiculum significat.

**Porotica**, sunt Medicamenta Callum generantia, seu quæ exsiccando, incrassan-

do, & adstringendo partis Alimentum in Callum convertunt.

*Porphrya*, Latinè *Purpura* dicitur. Propriè significat, inter turbinatas Conchas, nobilissimam, ob Succum illum, sive Florem, qui etiam Purpuræ nomine venit, nobilissimum & ad tingendum præstantissimum; unde Color purpureus vocatur. De hujus Conchæ Historia & Usu vid. *Aldrov.* lib. 3. cap. 5. de Testac. & Chiocc.

*Torphyra*, est quoque nomen Emplastri, cruenta Vulnera glutinantis, apud Aetium lib. 15. Cap. 12. citante *Gorreō*.

*Porphyrus*, vocatur Avis quædam, circa Fluvios degens, cœrulea, longis Cruribus, & Rostro purpureo prædita, cuius Descriptio habetur apud *Aldrov.* lib. 20. Ornith. cap. 28.

*Porphyrites*, vid. Lap. Marmor.

*Porraceus*, *Praesinus*, dicitur de omni eo, quod Colorem Porri Viridem fert. Ex. gr. Bilib Porracea. *Galen.* lib. 2. de tempor. cap. 6.

*Porrigo*, idem quod Furfuratio, vel Furfur. Germ. *Klehen*. *Lex. Brun.*

*Porrum*, Germ. *Lauch*. Planta est figura & odore fere similis Allio & Cepis, colitur in Agris & Hortis.

*Portulaca*, seu *Porcellana*, Germ. *Borsel Kraut*. vid. Herbas & Semina.

*Poter*, *Posis*, i. e. Potus, Potio, Bibitio. Germ. *Ein Trank*.

*Possetum*, est Lac decoctum, cui sub finem coctionis Cerevisia infunditur, Potio est Anglis familiaris. *Lex. Blanc*.

*Postrhia*, idem quod Crithe, Hordeolum, vid. Crithe. *Lex. Brun.*

*Potabilia*, seu *Potabilis*, dicitur de omni eo, quod per Os hauriri debet. *Mart. Rul. Et Johns.* Vel quod Poculis porrigitur, liquidum, *Libav.* S. A. Ch. lib. 2. cap. 1. seq. ubi Magisteria solubilium describuntur.

*Potentilla*, est Anserina, Argentaria & Argentina. vid. Herbas.

*Potio*, *Potus*, vid. Poma & Haustus. Germ. *Ein Tranklein*.

*Præcipitantia*, sunt quæ Acidum in Corpore nostro infringunt. & quasi præcipitant: est Vox à Chymicis mutuata, quia præcipitando res alterius indolis fiunt. vid. Absorbentia.

*Præcipitatio*, est Operatio Chymica, & est, quando Corpora dissoluta contrario Liquore præcipitantur. Ex. gr. Si Corallia, Lapidescancrorum, Margaritæ &c. † to solvuntur, infuso Tartari, sive Vitrioli, sive alio contrario Liquore præcipitantur in albam subsidentiam. Vel si resinosa aliqua Substantia in Væctificato soluta, infusa in aliquâ quantitate, evanescatur Resinofitas ad fundum. Et si tum vivum in fortissimum solutum, soluto infunditur quantitas Muriæ, sive Aquæ falsæ, evanescatur Pulvis albus ad fundum. &c. *Sign. evanescere*

*Præcipitatus antimoniatus Emeticus Pulvis*, est Mercurius vitæ, seu Pulvis Algarothi.

*Præcoccia*, in specie dicuntur Fructus quidam, sive species Malorum Armeniacorum; ita dicta à Maturitate, quæ Perfica & Armeniaca alia antecellunt, ut & Bonitate; de quibus *Galen.* lib. 2. de Al. fac. Cap. 20. *Jul. Alex.* lib. 10. Salut. cap. 6.

*Prælum*, item *Prelum*, & *Pressorium*. Germ. *Eine Presse*. Est Instrumentum, quo Olea & Succi exprimuntur, in Officinis Pharmaceuticis usitatum. apud *Lind.* vid. *Pressorium*.

*Præmaceratio*, id est Maceratio præmissa. vid. *Rhod. in Scribon.*

*Præparatio*, idem quod *Præparatum*. Germ. *Vorbereitung*. ppt. ita à Medicis præscriptum, vel alijs notatum, legendum est, *Præparatum*. *Lex. Brun.* *Sign. PP, HP, FP, P, T, PP*.

*Præmorsa*, *Succisa*, *Jacea nigra*. vid. Rad. Morsus Diaboli. Germ. *Teuffels Abbit*. *Wurzel*.

*Pramnios*, est epitheton Vini nigri & austeri apud *Hippocr.* lib. 2. de Morb. Mul. *Fœsius Et Linden.*

*Praesi-*

**Praesimum viride, Praesis, Phrasium viride,** est Flos Æris, Viride Æris; & Praesimum viride. *Johnsonus* in *Lexic.*

**Praesinus**, idem quod Porraceus. vid. Porraceus.

**Praesis**, vid. Praesimum, Phrasium viride, & Praesimum.

**Praesum & Prassum**, est Marrubium. Germ. *Andorn* / vid. Herbas.

**Prassimi viride**, i. e. Flos Æris. *Sylvat.*

**Prassius**, nomen Lapidis, vel Gemmæ viridantis, vilioris turbæ, Smaragdi Dominus, vel Palatum dictæ; quia hic in illa, veluti inclusus reperitur. vid. *Chiocc. Mus. Sect. 3. p. 217.*

**Praesoides**, vid. Porraceus. Germ. *Lauch-grüne Farb* / Germ. *Lex. Br.*

**Preces, Precatio**, & hoc Vocabulum meritò ad Medicinam referendum; siquidem, & Precibus & Venerationi assiduæ locus esse debet apud Medicum, pro obtainendâ Divinâ Præsentiatâ & Providentiâ, in Rebus Mediis, ad Gloriam Ejus nominis, ad honorem Artis ab Ipsi creatæ, & ad Salutem ejus operâ utentis Ægri, verbis elegantissimis *Linden Ex. III. § 6.*

**Premnon**, præter alias significationes, propriè Stirpem, Stipitem & Truncum significat. *Lexic. Brunonis.*

**Presmuchum, Presmuchus, Presmucum, & Presmukis**, id est Cerussa. Germ. *Bleß weiß. Mart. Rul. & Johnf.*

**Pressorum**, idem quod Torcular & Prælum, est Instrumentum, quo Species contusæ exprimuntur. *Mart. Rul. & Johnf.* vide Prælum.

**Prefter**, præter alias significationes, est nomen Serpentis venenosi. vid. Aldr. lib. 1. cap. 8. de Dracon. & Serpent.

**Pretiosus, Preciosus**, à Pretium seu Premium. Germ. *Der Werth.* Dicitur de Materia Medica, quæ, vel ob raritatem, vel ob efficaciam singularem carior habetur. Ità Lrides Pretiosi vocantur Gemmæ, ad differentiam minus preciosorum. Utrarumque Catalogum vid. apud Schröd. lib. 3. cap. 4.

**Priapus Cauda, Hasta, Membrum genitale, Mentula, Penis, Virga, &c.** sive sit Cervi, sive Tauri, aut alterius Animalis. Germ. *Ein Zimmer oder Ruthe.*

**Primi Floris Herba**, seu Clavis S. Petri, est Primula Veris, vid. Flores Paralyseos. Germ. *Schlüssel-Blumen.*

**Primum Ens**, vid. Ens primum, seu Principium primum.

**Princeps omnium Vegetabilium Q:** est Vinum optimum. Ità quoque à Paracelso dicitur.

**Principia Chymica**, tria sunt: Sal ⊕, Sulphur ♦, & Mercurius ♀. *Mart. Rul. & Johnsonus.* Quidam piura constituant, & Spiritum ♀ & Terram ♀ addunt. vid. *Theatr. Chym. & Libavii Opera. &c.*

**Prinitos**, est Medicina ad Lapidem. *Paulus.*

**Proba Agallochi**, sive Ligni Aloës, optimum censetur nigro-purpureum, Venis cinerei coloris intersectum, amarum, ponderosum, Liquorem si pruni, candardivè ferro imponatur exudans, aromaticum & suavem fumum, si incendatur, præbens, bullulasque simul post se relinquens, haud ita facile disparentes. &c.

**Proba Ambaræ, Ambari & Ambræ**, censetur optima Grysea, Coloris cinerei à sortibus purgata, levis, odorata, resinosa, quæque Acu calida per fossa Succum pingue resudat, & ferè tota quantitas in Alcohol Vini resolvitur. Improbatur nigra, valde candida, & quæ vñā simplici solvi queat, ut potè dubiò procul adulterata.

**Proba Salis Nitri**, Nitro semper aliquid Salis communis inest, Sulphureum tamen, & partim volatile Sal est. Optimum censetur, si zi. vel zij. Prunis impunctatur, & ferè tota pars deflagrat.

**Probaton**, idem est quod Ois, id est Ovis. Germ. *Ein Schaff.* vid. Ois.

**Processus Chymici**, nihil aliud sunt, quam Operationes Chymicæ integræ; quando nempè procedunt, & tandem ad Scopum quæsitum perveniunt. Germ. *Chymische Arbeit/ Fortgang/ oder Process.* Item Processus ad Lapidem Philosophicum. *Paracels. Th. Chym. Vol. I. pag. 532. seqq. &c.*

- Prochyma*, vocatur Mustum, quod sponte, antequam Uvae calcentur, exstillat. Dicitur & Protropum, aut Prodromum, scil. Vinum. *Linden.* Ex. X. §. 176. & 177.
- Proconia*, praeter alias Significationes *Hippocr.* notat Farinas recentes, tenues, sive Polentas: quas tamen *Galen.* specialiter de Hordeacea exponit, cum & de Tritico usurpaverit recenti *Hippocr.* lib. de Nat. Mulier. LIV. 3. *Varinus* per Proconia intelligit Triticum Melle inunctum. Aliis est Hordeum confractum & contusum cum Aromaticis. vid. *Foës.* d. L. & 531.
- Prodromus*, praeter alias significationes, in genere Latine dicitur Praecurrens; specialiter tribuitur Vino vel Musto, vid. Prochyma.
- Producio Pharmaceutica*, vid. *Schräderus* lib. I. cap. 4. & *Frid. Hoffm.* Producio Gabalistica est fictitia, improba, Magica ac Diabolica. *Libav.* Com. IV. pag. 64.
- Professor*, in Medicina vocatur, qui Theoremata Artis docet, & alios instruit, ut aliquando Medicinam ritè facere queant. vid. Practica.
- Proficus*, id est Ficus sylvestris. *Matth. Sylvat.*
- Progeuma*, est Cibus ante Prandium sumptus lenitus solutivus. *Sylvat.* c. 579.
- Prohisalidos*, sunt Fructus Alkekengi. Germ. *Juden-Döcklein.*
- Projectio*, Terminus est Chymicus, vel Spagyricus, diciturque hoc nomine, facta, per Medicinam, super re mutanda projectam, cum repentino ingressu, ex mutatione Exaltatio. Convenit cum Fermentatione, quod rem intus in substantia mutet. Differt autem quod non fiat cum Digestione lentâ; quâ paulatim mistilia alterantur, & Crasis accipiunt; Sed violentâ & repentinâ penetratione factâ, quasi in momento ingressonis transfiguret. Vocatur verò illa Medicina, mutans non fermentum, sed Tinctura, item Elixir. *Mart. Ruland.* & *Johns.* Add. *Libav.* *Alchym. Pharmaceutic.* cap. 33. Imprimis verò extollitur Projectionis Usus in labore Lapidis Philosophici, de quo vid. in *Theat. Chym.* Vol. aliq. & loca quære in Indice.
- Prolectatio*, dicitur Extractio per attenuationem partium subtilium, ita ut rarefacta, inclinatione suæ Naturæ, à crassioribus in diversum ferantur, ibique consistant. &c. *Mart. Rul.* & *Johns.*
- Promaladerion*, prima vocatur Domus, vel pars Balnei, in qua Corpora præmolliri solebant; teste *Galen.* lib. 9. de S. fac. §. Chalanthos. *Jung. Jul. Al-* not. ad *Galen.* lib. 10. Meth. Med. c. 10. *Lang.* lib. 1. cap. 50.
- Propolis*, dicitur Crassior Apum Materia flava, odorata, Styracem referens, Ceræ finitima, Gluten in Alveorum foribus repertum. Quidam Ceram Sacram vocarunt, teste *Scribon.* n. 82. de hujus Virtutibus videatur *Galen.* lib. 8. de S. F. §. Propolis *Dioscorid.* lib. 2. cap. 106. *Schr. 5. cl. 4. n. 94.*
- Propoma*, dicitur Potio, seu Potus ex Melle & Vino, vel Saccharo & Vino paratus, ita dictus, quod antè Cibum biberetur. *Eginet.* lib. 7. cap. 15. *Mercurial.* lib. I. V. L. cap. 7. Poterit tamen ad alios Potus commodè, & Vina medica, quæ antè Cibum sumuntur, extendi; notante *Rhod.* in Not. ad *Scribon.* num. 135. Græc. quoque dicitur Propotismos, ut patet ex *Mercur.* d. I.
- Proportio*, dicitur respectiva quædam Convenientia, vel in Qualitate, vel in Quantitate. De Proportione Materiæ & Formæ Lapidis Philosophici, vel circa Lapidem Philosophicum, vid. *Th. Chym.* Vol. I. pag. 520. & *Libav.* Tom. II. Oper. pag. 203. seq.
- Propotisma*, seu Propotismos, q. d. Præpotio, propriè significat Medicamentum præparans, ante Purgationem haustum, *Jul. Alex.* in not. ad *Galen.* lib. 6. de S. F. Cap I. *Dieter.* n. 358. Latè etiam coincidit cum Vocabul. Propoma.
- Proserpinaca*, est Polygonum. Germ. *Wegtritt.* vid. Herbas.
- Prosopium*, *Arcium*, *Personaria*, *Personatia* & *Personata*. vid. Rad. Bardanæ.
- Prospheromena*, sunt Cibi, vel Medicamenta, quæ intra Corpus sumuntur. Germ. Innerliche Speisen und Medicamenten.
- Prostbeta*, in genere dicuntur omnia Medicamenta Topica, sive Externa, quæ opponuntur Corpori & partibus ejus. In specie verò apud *Hippocr.* vo- cantur

vocantur illa Medicamenta, quæ Utero vel insinuantur, vel applicantur.  
vid. Galen. & Fœsius.

**Proteus**, nomen est Collyrii, in principio Suffusionum, efficacis ad omnem  
Visus hebetudinem, Callos & Cicatrices, Ægin. lib. 7. Cap. 16. Gorreus.  
Proteus quoque ḥ vocatur.

**Protheus**, dicitur Mercurius §, qui se in omnes formas vertit, & denuo pro-  
priam recuperat. Johnf. Lex. Chym. lib. 2. Protheus quoque dicitur Pri-  
ma Materia. Theat. Chym. Vol. v. p. 344. & Ignis, vel Spiritus Ignis, quod  
non habeat formam, sed in se omnia transmutet, quæ attingit, sicut Pro-  
theus, Ægyptiorum genius, fœcisse fingitur. Vol. VI pag. 16.

**Protorrhitos**, dicitur Resina, quæ primum sponte fluit. Gorr.

**Protostattos**, est epitheton Lixivii, quod primum extillat, & in quod parandum,  
Calx ad Cinerem quemcumque additur Æginet. lib. 7. cap. 17. Gorreus.

**Provocativum**, i. e. Eductivum Urinae. Germ. Urin-treibendes Mittel.

**Prudentia Medica**, est quæ nititur rectâ Ratione, comparaturque discendo &  
faciendo; estque neque tumida, neque timida. Recte dicitur Oculus Sci-  
entiae vel Artis. Linden. Ex. XIII. S. 524. XV. 12.

**Pruine Chymice**, sunt ፩ata. Libav. Alchym. Pharmaceut. cap. I.

**Pruinum**, prima Tartari species, Germ. Das erste Geschlecht des Steins/im Ma-  
gen/Leber/Blasen/und Harngängen. Dorn. Mart. Rul. & Johnf.

**Pruna Domestica**, Germ. Pflaumen/Quetschen/Zwetschen/variorum sunt Gene-  
rum: Eliguntur ad Medicamenta, Pruna Damascena, seu Pruna Passa dul-  
cia, vel Prunidactylæ dictæ, & Pruna Ungarica. Ubique seruntur in  
Hortis, Vineis & Viridariis, & vocantur Pruna Brabela, Brabyla, Syra-  
cusana, Syriaca, Iberica, Pruni daſtyla, Pruna Passa alba, Hispanica, Pal-  
fa acida & dulcia.

**Pruna pectoralia nigra**, & **Pruna Sebestena**. Germ. Schwarze Brust-Beer.  
vid. Sebesten.

**Pruna pectoralia rubra**. Germ. Rothe Brust-Beer. vid. Jujubæ.

**Pruna sylvestria**, seu *Acatia Germanica*, *Agriococcimela*, *Pruneola*. Germ. Schle-  
hen. Fructus est Fruticis ubique ad vias crescentis.

**Prunella**, est Consolida media. vid. Herbas. Germ. Prunellen-Kraut.

**Pruneole**, seu *Prunelle*, vel *Brignioles*. Germ. Prunellen/quæ enucleatæ, decor-  
ticatæ & exsiccatae à Bambergia ex Gallia & Italia afferuntur.

**Pſagdas**, dicitur species Unguenti cuiusdam. Galen. in Ex. Voc. Hipp.

**Pſammodes**, & **Pſamos**, est Arena ፩. Germ. Sand. Dieter. Mart. Rul. & Johnf.

**Pſaron**, est nomen Medicamenti ſicci, acris & erodentis, ad Carnis Excrescen-  
tias in Ulceribus depascendas; cujus meminit Ægineta lib. 4. cap. 43. &  
Descriptio habetur apud Aëtium lib. 14. cap. 36. citante Gorreō.

**Pſegma**, ſic à nonnullis olim vocatum fuiffe Æris Florem, *Dioscorides* Author  
est. lib. 5 cap. 88. Quasi Ramentum Veterum Clavorum. Gorreus.

**Pſeo Acorus**, & **Pſeo Iris**, est Acorus vulgaris, vid. Rad. Acori vulg.

**Pſedolinum**, *Oſyris*, *Linaria*. Germ. Lein-Kraut. vid. Herb.

**Pſeo-Medicus**, dicitur, qui Medicinam imposturis suis defœdat, quorum ho-  
dieque infinitus est Numerus. De iis legatur elegans Epifola Langii, lib. 1.  
Ep. 1. & lib. 3. Ep. ult. Casp. Rojes. C. El. pag. 6. n. 4.

**Pſiadum Cordi**, *Pes Leonis*, *Sanicula major*, est Alchimilla. Germ. Sinau.

**Pſiloma**, tropicè tribuitur ḫæ puræ, Vino non permixtae. Jung. & Fœſ.

**Pſilotron**, est Medicamentum, quo Pili, vel è Corpore auferuntur, vel pro-  
pter hirsutiem attenuantur. Germ. Haar-ausfallende Mittel.

**Pſimmiton**, **Pſimmythion**. id est Ceruſſa. ፩. Germ. Bleßweiß.

**Pſittacion**, est nomen Emplasti emollientis & diſcutientis, quod describitur a-  
pud Æginet. lib. 7. c. 17. & Aët. lib. 15. citante Gorr. Est quoque nomen  
Collyrii apud Scrib. Larg. n. 27. Jung. Rhod. in Not. ad h. l. ita dicti à Celeris  
varietate. Meminit & Galen. lib. 4. de C. M. S. L. cap. 7.

Pſit-

- Psittacus, Psittace, & Psittacos*, item *Papago*, Germ. Ein Papagen. Nomen Avis peregrinæ, & apud Indos frequentis; cuius Descriptionem, cum Speciebus variis & usibus, tradidit Aldrov. lib. 11. Ornith. cap. 1. seqq.
- Psora Aëtii, Herb. Apostematica*, vid. *Scabiosa*. Germ. *Apostem-Kraut*.
- Psorica*, sunt Medicamenta adversus *Psoras* & *Scabiem*, & Cutis alperitatem; & in specie in Palpebris; Gal. lib. 4. de C.M.S. L. cap. 3. seq. *Gorreus* & *Castellus*.
- Psyllica*, sunt Medicamenta Refrigerantia & *Psygma*. Lex. Blanc.
- Psyllium*, *Pulicaria*, seu *Herba Pulicaris*. vid. *Semen Psyllii*.
- Pythios*, est epitheton Vini dulcis, *Linden*, Ex. X. §. 100. & 101.
- Pythos*, Mart. Ruland. & *Pithos Johnsonus*, est Frigus. Germ. Kälte.
- Ptarmica*, Sternutatoria Medicamenta dicuntur, *Erthina*, quæ Sternutationem promovent, usitatissima & notissima *Wecker*.
- Pterua*, idem quod *Calx*. w. Germ. Kalk. Lex. Blanc.
- Pterykoporum. Carabe*, seu *Charabi Officinarum*. Germ. Augstein. vid. *Lyncurius* Lapis, vel *Succinum*.
- Ptisana*, propriè significat Hordeum decorticatum & mundatum, sive pistum: aliquando tamen pro Succo & Juscule, ex illiusmodi Hordeo parato, sumitur, Galen. I. 9. de Plac. Hipp. & Plat. c. 6.
- Ptisana Cathartica*, & Fol. Senæ à stipit. liberat. *Glycyrr. Coriandri* a. 3j. ▽ font. calentis 3vj. vel 3viii. Macer. Hor. 3. F. Colatura clara: mirum est, quæ delicatulè operabitur. Quinques aut sexies mouere ratiō fallit.
- Ptisana*, est Decoctio, vel Decoctum, ex Hordeo decorticato, Passulis minoribus mundatis, & *Glycyrhiza* &c. paratum. Germ. Gersten-Wasser.
- Ptyas*, nomen Serpentis vel Aspidis, quæ, perinde ac si Ratione prædicta fuisset, distansiā emensā, Collum protendisse, & iter facientibus venenum inspuisse. fertur Galen. lib. de Theriaca ad Pison. cap. 8. meminit & Aldrov. lib. I. Histor. Dracon. & Serpent. cap. 4.
- Puella*, Spagyrici finixerunt Puellam prægnantem, per quam intelligunt pri- mā Aquam albam; quemadmodum Aquam rubram Juvenem pulchrum, in labore Philosophici Lapidis: de quibus Nugis ænigmaticis, vid. Volum. IV. Th. Chym. p. 945.
- Pugillus*, est Mensura Medicorum, quâ Herbæ mensurantur; continet Pugillus, quantum Tribus Digitis capi potest. Galen. quantum Duobus Digitis comprehendti potest. Germ. Was man zwischen 3. Fingern fassen kan.
- Pugilum*, est Spiritus Nitri & Armoniaci compositus causticus, seu ▽ a Chrysula- ca, vel ▽ Regis. Rolf. Chym. fol. 167.
- Pulegium*, Germ. Polen/ vid. Herbas.
- Pulegium Cervinum*, & *Pulegium Martis*, *Dorcis Aëtii*. vid. *Dictamus Creticus*.
- Pulegium rubeum*, est *Origanum Officinale*. Germ. Dosten/ vid. Herbas.
- Pulicaria Cordi*, seu *Herba Pulicaris*. vid. *Semen Psyllii*. Germ. Flöh-Samen.
- Pulicaria Herba*, *Cunilago*, *Conyza major*, Germ. Dürr-Wurz. vid. Herbas.
- Pulicaria Pumila*, aliis *Pulicaria* est *Perficaria minor*. Germ. Flöh-Kraut/ oder Mücken-Kraut.
- Pullus*, quid significet, notum est. In Genere omnem Sobolem tenellam Ani- malium quorumcunque; quamvis videatur frequentius dici de volatili- bus, quæ terrestribus, aut aquatilibus. Imò simpliciter sæpiissimè apud Authores ponitur pro Pullo Gallinaceo. Lexic. Brun.
- Pulmentum*, *Pulticula*, idem quod *Puls*. Germ. Bren. vid. *Puls*.
- Pulmo*, & *Epar Sulphuris*, est *Balsamus*, seu *Tinctura Sulphuris*.
- Pulmo Vulpis*, Mense Martio collectus, in Decocto Peitorali optimè lotus, len- to calore exsiccatus, pulverisatus Usuique asservandus. Germ. Præparir- te Fuchs-Lungen.
- Pulmonaria altera*, est *Sympytum maculosum*. Germ. Fleck-Lungen-Kraut.
- Pulmonaria arborea*, est *Pulmonaria Quercina*. vid. Herbas.
- Pulmonaria Gallica*, est *Auricula Muris major*. vid. Herbas.

Pulmo

*Pulmonaria maculosa*, est *Sympythum maculosum*, vid. *Herbas*.

*Pulmonaria quercina*, seu *Muscus pulmonarius*, vid. *Herbas*.

*Pulmonum Anima*, est *Crocus optimus*. Germ. der beste *Saffran*.

*Pulpa*, est *Caro Fructuum*, *Radicum* aliorumque *Corporum*, quæ infusione vel coctione extrahitur, eam per *Setaceum* trajiciendo: ut *Pulpa Altheæ*, *Cassiæ*, *Dactylorum*, *Passularum*, *Prunorum*, *Tamarindorum* &c. vel contundendo, ut in *Cucumeris*, *Melonum* & *Semine*, vel eligendo, ut *Pulpa Colocynthidis* &c. Germ. *Das Marf oder Fleisch*.

*Puls*, *Pulticula* & *Pulmentum*. Germ. *Bren*. Significat Edulium ex omnis generis Leguminibus frescis, fractisque paratum; sunt & *Pulmenta emollientia*, vid. *Cataplasmata*.

*Pulv.* ita à Medicis præscriptum, seu aliàs notatum, legendum est *Pulvis*.

Sign. ☰, ♀, ☱. ☲.

*Pulveres*, habentur *Compositi* & *Simplices*. *Pulveres Compositi*, ut sunt *Pulvis ad Abortum*, *Anonymous*, *Stomachicus*, &c.

*Pulverisare*, est in *Pulverem* redigere. Sign. ☰, ♀, ☱, ☲, ☳.

*Pulvis Algarothi*, seu *Algerothi*, sive *Anglicus*, seu *Emeticus Antimoniatus*, est *Mercurius vitae*. vid. *Rolf. Chym.* fol. 373.

*Pulvis Cacheoticus Ludovici*, est *Antimonium Diaphoreticum oleum*, vid. *Diaphoreticum oleum*.

*Pulvis Comitis à Warwick*, & *Pulvis Cornachinus*, & *Cerberus triplex*, vocatur quoque *Diagrydium Antimoniatum*.

*Pulvis Cinnabarinus Saturninus*, est *Minium* Δ. Germ. *Mennig*.

*Pulvis fulminans*, seu *Sclopetans*, præp. ex *Nitri* part. ʒbus, ♀ris part. 1. *Salis Tarari* p. if. Misce.

*Pulvis sympatheticus*, præparatur oleum in que existente, s. a. ex *Vitriolo Romano* seu *Ungarico*.

*Pulvis Syrius*, est *Magisterium*, seu *Resina purificata Scammonii*.

*Pulvis Tormentarius*. vid. *Pyrius*. &c. Germ. *Schieß-Pulver*.

*Pumex*, Germ. *Bimbsen-Stein*. vid. *Lapis Pumex*.

*Pumila Cupressus*, *Polium Theophrasti*, *Cupressus*, seu *Cyparissus hortulana*. Germ. *Garten-Enpressen*. vid. *Herbas*.

*Punica Mala*, seu *Mala Granata*. Germ. *Granaten Apfel*. vid. *Mala punica*.

*Purgantia*, sunt, quæ propter peculiarum partium dispositionem, irritando carneas Ventriculi Fibras, à dextris finibus inflatas & contractas, Stomachi ambitum simul colligi, & versus Pylorum inclinari cogunt, ut excretio per inferiora succedat. Germ. *Purgierende Mittel*.

*Purgatio*, est Motus excretorius, in *Ventriculo* & *Intestinis* ob fibras eorum carneas celeriter ac seriatim contractas, crebrior & citior; quo *Chylus* & *Fœces*, tūm humorum Recrementa & corruptelæ, illic genitæ, aut aliunde suffusæ, à parte in partem protruduntur, donec per *Sedem* velut cloacam foras ejiciuntur. Germ. *Reinigung/ Purgirung*.

*Purgatio*, Chymicis quoque idem est, quod *Purificatio*: & fit Septem modis: *Destillatione*, *Coagulatione*, *Solutione*, *Lotione*, *Ustione*, *Segregatione*, *Collatione*. *Mart. Rul.*

*Purificatio*, idem quod *Depuratio*, *Mundatio*, & *Purgatio*. *Lex. Br.* Sign. ☰

Ⓐ, Ⓛ, Ⓝ, Ⓟ.

*Purpura*, est Concharum genus, vid. *Porphyra*.

*Pusillum*, *Pusilatum*, dicitur *Pulvis non perfectè tenuissimus*, sed adhuc asperitatem sabulosam & granula quædam continens, *Lib. S.A.Ch. I.4. c.3.*

*Putamen Mali Punici*, vid. *Mali Corium*, seu *Cort. Granatorum*. Germ. *Granaten Apfel-Schalen*.

*Putamina Ovi*, *Putamina Ovorum*, Germ. *Eyer-Schalen*.

*Putamina Cupule*, & *Cyttari Glandium*, vid. *Glandium Calyculi*. Germ. *Die Hütlein auf den Eicheln*.

*Putens*, in Metalli Fodinis, vocatur *Crypta*, è qua Metallica Terra, vel Minera extrahitur. *Mart. Rul.* in *Lexic.*

- Putredo**, est Generationis Materia Prima, sed melius Putrefactio, pro corrutione sumitur in alterationem. *Lex. Brun.* *Sign.*  $\Psi$ , ES,  $\rightarrow$ ,  $\Rightarrow$
- Putrefactio Chymica**, est Corporis concreti, per Putredinem ordinariam in calore humido Substantiam ipsam corruptente, ejusque penetralia reserante dissolutio. *Germ. Vermoderung/ oder Chrm s̄c̄ Faulung. M. Rul.*
- Pygargus**, nomen valde æquivocum, notans vel Capram feram, *Aldrov. l. i. Quadrup. Bisule. cap. 15.* vel Ardeam, vel usitatius Aquilæ speciem, vid. *Aldrov. lib. 2. Ornith. cap. 5.* Dicitur & metaphorice de Homine delicato & ignavo. *C. Hoffm. & Galen.*
- Pyonpyar**, *Apbantisma, Lustum, Pinguedo, & Flos Lactis.* vid. *Cremor Lactis. Germ. Nähm/ oder Schmandt.*
- Pyr**, id est Ignis.  $\Delta.$  *Germ. Feuer.*
- Pyramis**, in Chymicis vocatur Vas Metallicum, aliis Catinus Coniformis dictum, in modum Pyramidis excavatum, ut pars ejus superior lata, inferior autem in acutum vergens, pro liquatis Mineralibus, in Regulam formandis, accommodari possit, *Mart. Rul. & Johnson. in Lexic.*
- Pyron**, Latinè Nucleus. *Germ. Ein Kern.* vid. *Nucleus.*
- Pyrethrum**, vid. Rad. Pyrethri. *Germ. Bertram. Wurzel.*
- Pyraenus**, est Alcohol Vini.  $\text{W}.$  &  $\text{F}$  Cœleste & vegetable.
- Pyretica**, idem quod Antipyretica & Febrifuga. *Germ. Fieber-Mittel.*
- Pyrine**, nomen est Emplastri ad Scirrhos & durities. *Ægin. lib. 7. cap. 17.*
- Pyrites Argentarius**, *Germ. Silber-Rieß / Wasser-Rieß / Weisser Rieß / vid. Marchasita argentea  $\vartheta$ .*
- Pyrites aureus**, *Marchasita aurea*, vid. Zink. *Germ. Gold oder Kupffer-Rieß.*
- Pyrites**, vocatur Lapis, quasi ignarius Silex è Chalibe Scintillas evocans, allitus. Diciturque Pyrites, quia plurimum ignis ex eo excuditur, & contunduntur Milites ad inflammandas Bombardas: Ab aliis quoq; dicitur Lapis Luminis. Pyrites est Lapis, qui participat de arte, re & Sulphure. Reperiuntur in Germaniae fodinis variae Pyritis Species. Variant verò valde quoad colorem, prout in Metalli fodinis diversis reperiuntur. Ejus varia Genera recenset *M. Rul. fol. 389. usq; ad 398. Germ. Feuerstein.* Vid. quoq; *Gal. Diosc. Chiocc. Mus.* Marcasita dicitur etiam Pyrites argenteus, *Tb. Ch. Vol. 1. pag. 777.* Item Lapis Philosophorum, à quibusdam, dictus fuit Pyrites, utpote qui totus Sulphur sit, & Argentum vivum, è quibus Lapis ille constat. d. l. pag. 42. &c.
- Pyrius**, dicitur Pulvis ille tormentarius, qui pro Sclopis & Tormentis bellicis explodendis usurpatur, notissimus. Paratur ex Nitro, Sulphure & Carbonibus, cuius modum parandi etiam ad Chymiam pertinere, vult *Liba v. Synt. A. Ch. lib. 7. cap. 31.* ejus vis sclopans, vel fulminans, potest etiam reprimi. & dicitur Repressus. idem lib. 6. cap. 9.
- Pyrola & Pyrula**, *Germ. Winter-Grün/ oder wilder Mangold.* vid. *Herbas.*
- Pyromantia**, est Scientia vel Ars, ex Igne præsaga, cum ignis Astræ se palam faciunt hominibus, ut inde veri notitia prorumpat ejus, quod queritur, ab latto quovis dubio- vel suspicione. vid. *Parac. Dorn. Mart. Rul. & Johns.*
- Pyropus**, æquivocum est. I. Notat Gemmam rubram, vulgo Rubinus dictam, alias Carbunculus. II. Significat Æris Cyprii Coronarii Misturam, cum Auri quartâ parte, in tenuem bracteam redactam, quâ Pyramidum summitates abducebantur. III. Electrum igneum ex genere Succini, vel Philosophorum Tinctura, &c. *Liba v. S. A. Ch. lib. 7. cap. 24.*
- Pyros**, significat Triticum, Frumentum notissimum & usitatissimum in Diætica, sive Victu & Medicina. Optimum habetur, quod densum est, & substantiam habet adeo compactam, ut dentibus vix dividi queat. vid. *Gal. l. i. Triticum hornum, vel hornotinum, id est, hōc annō collectum.*
- Pyrotechnia**, vocatur illa ars, quæ operatur in præparatione naturalium rerum, adminiculo Ignis, tanquam patissimo medio & Instrumento. *Dorn. M. Rul.*
- Pyrotica**, sive Urentia, sunt Medicamenta potentia calida, quæ corpori humano adhibita valde incandescent &c. *Lex. Bl.*

*Pyrr.*

**Pyrrhocorax**, quasi *Corvus ruber*, nomen *Avis*, ad Graculos pertinentis: vid. Aldrov. lib. 12. O. cap. 8.

**Pythium**, Biarchetunsum, est Cerussa. Germ. Bleiweiß. Mart. Ruland.

**Python**, vel *Pythius Draco*, dicitur Serpens acutivisus, Oculis magnis, & tripli- ci dentium ordine præditus; Descriptio habetur apud Aldrov. lib. 2. Hist. Dracon. & Serpent. cap. 3.

**Pythonium**, *Typhonium*, *Mania*, vid. Rad. *Hyoscyami*. Germ. Bissam Wurzel.

**Pyxynon**, *Puxeum*, nomen Collyrii, apud Cels. lib. 6. cap. 6 N. Gorr.

**Pyxis**, propriè & strictè Vasculum, quo aliquid asservatur, è Buxo paratum si- gnificat: sed hodieque communiter accipitur pro quovis, ex quacunq; materia parato Vasculo. Qualia variae formæ, & è varia materia para- ta, requiruntur in Pharmaceuticis: Ligneæ Pyxides, Fictiles, Lapideæ, Aeneæ, Plumbeæ, Stanneæ, Vitreæ. Weck, lib. 4. cap. 13.

## Q.

 **Q.** est Quinta Essentia. Germ. Quint. Essenz / oder das Etwasste von einem jeden Ding. Sign. q ee, 4~, QE, V, P, T. Q. pl. ita à Medicis præscriptum, seu alias notatum, legendum est, Quantum placet.

● Q. s. hoc est. Quantum satis, seu Quantum sufficit. Germ. So viel als genug.

**Q. v.** id est, Quantum vis, seu Quantum volueris. Germ. So viel man will. **Quadragesta**, *Cybelia*, *Dasyopodia*, vid. Flores Violarum. Germ. Violen: Blüs- men.

**Quadrangulum**, Latinè Tetragonum, Secretum Sapientum, sive Spagyricum. vid. Theatr. Chym. Vol. IV. pag. 609.

**Quadrans**, dicitur Quarta Pars Libræ, apud Medicos est Pondus Trium Unciarum ʒiiij. vel Quadrans Libræ Medicinalis, seu Romanæ. Galen. lib. 3. de C. M. P. G. cap. 5.

**Qualitas**, Chymici Qualitates Nitrosas, Sulphureas, Mercuriales, Aluminosas, excogitarunt, fortassis ad Usum magis facientes, quam Philosophorum Commentitiæ Primæ, Secundæ &c. Lex. Br.

**Quandros**, Lapis est, seu Gemma, quæ reperitur in Cerebro & Capite Vultu- ris, Coloris candidi: quæ replet Mammillas Latte & contra nocivos ca- sus valere dicitur. Mart. Rul. & Johns.

**Quanli**, id est Plumbum Ȣ. Germ. Blei. Mart. Rul. & Johns.

**Quantitas**, in Præparatione Lapidis Philosophici, Quantitas Δnis, probè ob- servanda. Tb. Chym. pag. 189.

**Quaquila**, vel *Quisquila*, idem quod Coturnix. Aldrov. lib. 13. cap. 22.

**Quars**, est Petra Fellis, Mart. Rul. & Johns.

**Quartarium**, idem quod Quadrans, vel ʒiiij. oder Germ. Sechs Lot.

**Quartarius**, *Quarta*, vel potius Dimidia Pars Heminæ, est Mensuræ nomen liqui- dorum, Vini continens Uncias quinque, ʒv. Olei Uncias 4<sup>i</sup> ʒvȝ, Mellis Uncias Sex & Drachmas Sex ʒvj. & ʒvi. Galen. de Ponder. & Mensur. vel potius Dioscorid. in addit.

**Quartatio**, est Separatio ♂ri & ♀ti invicem commistorum, quæ ideo dicta Quartatio, quod Misturæ ex ♂ro & ♀to tantum sit addendum Argenti, ut hujus Tres Partes sint ad illius Unam, sicutque omnino Quatuor. Mart. Rul. & Johnsonus.

**Quartio**, dicitur Talus, sive Astragalus, Germ. Knoden/ das Kersen-Bein/ auch der Sprung/ als Leporinus. Germ. Der Hasen-Sprung.

**Quartura**, idem quod Quartatio, sumum ♂ri Examen, quo ♀ti partes novem ad unam ♂ri coimiscentur liquatione per Δem. Deinceps Δ Stygia vel